



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

11. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Quid in reliquis quatuor annis
observare debet.

Burchard lib.
6. c. 5.

IX. Quatuor anni deinde restant ; per quos singulos jejunet tres quadragesimas. Unam ante Pascha cum ceteris Christianis, abstinendo à vino, medone, mellita cervisia, caseo, & à piscibus pinguibus. Alteram ante nativitatem sancti Johannis. Si aliquid remanet de quadraginta diebus, post Missam sancti Johannis impleat. Tertiam ante Natale Domini jejunet, ut supra dictum est. Et in quattuor supradictis annis, tertia, quinta feria, & sabbato utatur quicquid vult, & secundam & quartam feriam omnimodis observet, & nequaquam redimat. His expletis, sacram communionem accipiat.

De eo qui voluntariè homicidium fecit.

Ex Concilio Ancyrano.

Concil. An-
cyr. c. 21.
Halitgar. lib.
4. c. 1.
Burchard. lib.
6. c. 13.

X. Qui voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter se submittant, perfectionem verò circa vitæ exitum consequantur.

De eadem re. *Ex Concilio Parisiensi.*

Concil. Re-
mense anni
630. c. 9.
Burchard. lib.
6. c. 14.

XI. Si quis homicidium sponte commiserit, & non violenti resistens, sed vim faciens, innocentem & simpliciter gradientem interfecerit, cum isto penitens non communicandum, sic tamen ut si pœnitentiam egerit, in exitu ei communionis viaticum non negetur.